Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Henningi Caldrusij Hennopolitani Dialogus Contra impudicas foeminas Cum fabulia dinesio. Conradi Spalderij Tetrasticon ...

Caldrusius, Henning

Brunonie, 1511

urn:nbn:de:bsz:31-290151

Visual Library

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

K. S.

(51)

42 A 1932,13 RH

1917

Landesbibliothek Karlsruhe

AN 789
AN 790
AN 791
AN 792
AN 793
AN 794
AN 795

# Henningi Cal
# druſij Hennopolitani

Dialogus Contra impudicas
foeminas Cum fabulis
diuerſis.

Conradi Spalderij Tetraſticon.

Mira ſub ingenio ſcripſiſti carmina docto
Quod faciet noſtris/cōmoda multa viris
Quem Venus inſano iam turpis leſit amore
Hunc legat et mente poſtea cautus erit

(1511)

¶ Nobili Joanni de ſpegel iurium cultori Sede Miſe-
nēſis patrie alumno Henningus Caldriſius S D

Plerūqꝫ a te et a tuis collegis mi Joannes quammaxi-
ime (vt noſti) ſum petitus Quatenus tamē tuo ingenio
noſtris verſiculis paulum reſpōderem. tum Heroico. tum
Elegiaco. tum ꝑfecto Sappico tibi complacerem ſtudi-
oſiſſime Ne talis pia verborū petitio annicholatur tuo
intellectui noſtro dialogo ꝑ aſſidua litterarum memoria
reſpōdere coactus ſum/ Peto igitur mi Joannes ſuauiſ-
ſime omni cū diligencia preſentem lectitare ſtudeas Si
id feceris procul dubio contra malas et luxurioſas muli-
eris nauſea tuū pectus ingruit. His vale et me ama vti
facis Ex Bennopoli anno ẽc Idib⁹ Februarijs



Z6

¶ Prologus

Quanta ꝯcothurnato cecinerūt carmina verſu
Meche heus/diuini/viridi ſub germine/Oates
Quid ſit ſpurca Venus/Venus a Joue predita magno
Qualiter ingenio ſcripſerūt femina quid ſit
Vix tamen ad lucem tātum quum reſtat inane
Detulit ob ripam (meminit ne) forte Caiſtri
Si haud ꝑcul ingenua et noſtri ſollertia cātus
Jam fortuna dies/ ſi nos offenderet anno
Inciperem hic canere/tecta niue quāta redūdans
Aſſis calliope cadit in modulantia ſordes
Ne/inſpice da veniam calamo veniamqꝫ canētū

Pimpleides iterum queſo ne gignitur alte
Carminibus vitiata man' iam turbida noſtris

¶ Cadruſius dicit

Canus amat Venerem/iampridem cognita nobis
Cantando incipiet/ſub frondib' ore ſequanur
Carmine femineū genus ipſe extollit ad aſtra

¶ Blaſtor.

Carmina num ach ſurgūt ſtigia perrexit ab vnda
Femina flammigeri Plutonis & ipa pfecto
Nomen honoratum viuenti tempore/dire
Ignea dum moritur erit hec flegetontis ymago

¶ Blaſtor

Humano rapidis mōſtra hec zizanica ſoccis
Inſeruit generi q̄ꝫ infelix blemmia Res eſt
Cognita iam fateor paulum mihi creſcit origo

¶ Blaſtor.

Fronte gerit que homines manibꝰ carruca ſitanis
Tartaream ſtigius pluto quā ꝓuehit vndam
Extat et horrendum clamant in calce penates

¶ Caldrusius.

Erige te in viſum mi Blaſtor/tu ecce laboras
Cur pede veloci/percurris gramina campi
Te audiat ingreſſu/q̄ꝫ voca ip̄m voce Canille

Canillus.

Non opus agnoui quicq̃ʒ clemencia grandi
Circuit hunc vinclo/reperit primordia labris

Caldruſius.

Preualet ingenio quãtum depreſſus in ira eſt
Iuppiter altitonans ſtupet vndiq̃ʒ/maxima proles
Si centum aſtarent excuſſi blaſtoris alto
Carmine deſineret nũq̃ʒ mea vrania noſtro

¶ Canillus.

¶ Igneus ingeniũ furor vndiq̃ʒ et aggrauat error
Depone in riſum reuoca hũc amplectere te ipſum
Indue muſei pharetram lingua arma Maronis
Nouit in obſcenas/mens ſollicitata/ puellas

Omne ſub hoc viciū longeuo tempore dicas.

¶ Caldruſius.

Eruere humanū magno q̄d peius in orbe
Funeris officiū hoc nūq̄ꝫ timet imꝓba cōiūx
Quādo eſt exiguo trini de tempore luſtri
Horrida cerulee dat femina crimina' mortis
Munera non auri' ꝑcurrens multa ſuꝑbi
Martia feminea tribuenti fraude viciſſim
Dona daret et laſſum fallaci ſponte liburno
Sepe viro corpus. magno ſuſpiria planctu
Triſtia preſtanti ꝑſone parturit illa
Nocte perit ſuperos diuinos languor opaca
Qui ſimul infernū reuocat ſub luce trifaucem

Anxia ſub macra / clamat contagio pelle
Tam diu et a mūdo / mors pallida / detulit ipm
¶ O caueant hoīes / noua vbi prepucia pēdent
Et qui iam primis ſunt increſcentib' annis
Spurce ne ignitos tendūt q̄ꝫ cupidinis arcus
Corpus egeſtati cum opulētum vipera fecit
Applaudit digitis / toto cum corpore ridet
Et caput obiectat / loquitur pede / fronte / capillo /
¶ Munere quid ſupereſt ſi non reſpondet amator
Et furibūda manus / fallacem corrigit illam
Queritat irriguis maleſuadam fletib' vnam
Ipſa per ambagem cauſam predicere anhelat
Sed vndiuaga miſere ſum dedita ſorde

Leſaqꝫ ſurcifero mulicbria tempora noſtro
Annoſe dat pectus ano hec edentula dicit
Juppiter ex alto inſtillat ſaturnia nobis
Et paradiſiaca pleno ſita tempora plauſit
Donat ãtem mordax cerebri ſuſtollitur ira
Filia chara meũ nomen cõpeſcere duplum
Corporis antitodum/magno do munere/amicũ
Anteꝗs heſpereas dum ſol illuxerit vndas
Te duce/wlnifico tradas mea munera tauro
Atꝗꝫ ſupina tuũ clades Pol diripit hoſtem
Nititur officio poſtꝗꝫ nũc tibia laſſõ
Inſanire libet lacrimis deferre capillos
Et caput inſipiens digitos magno erige fletu

Ne in vulgus veniet/nobis ne flāma minetur
Arida tunc calamo bullet ſub pectore coſta
M. ēbraq̄ʒ viperio clamat madefacta cruore
Viſitat ecce domus centenas. cōuocat vrbem
Peſte hunc ꝓpeſſum dicit. quid ſingula dicam
Credūt huic platee crediteꝗ ignobile vulgus
¶ Cognita multiuogo triſtis cōtagio mūdo

---

Pena ree ſepe necis obliuione minatur

---

Optat colloquio/ꝗ iterum coma ſpurca ſupinū
Ecce virum. quid ait mulier. ſub pectore triſti
Nonne voluptates liquidi ſuper ora liei
Pulſant & Cereris aut haſta libidinis vrit

Et mihi da nobis. modico ſub tēpore verba
Neſcio quid dicam. ſileo in te. aut eloquar ipſa
Quid. faciūt plante. lux fecūdiſſima venit
Venit. ad optatum tranquilli tēpꝰ amoris
Inquit vita viro viuens inimica petulco
Femina ſidereū Plutona penetrat olimpum
Voce ſua. ſtigijs manibuſqꝫ roſalia palpat
Vndiqꝫ terrenos ſcrupulos abſtergit et vnda
Pendit inornatū teneri talla aulea filo.
Spōte ſacerdotes templi vocat. atqꝫ cohortes
Intempeſtiua qꝫ inſontem morte fefellit
Predictū vitiū eſt dic iam delebile nobis

¶ Canill' ¶ Caldiuſius.

Neſcio.tu non ſis que inpugnat clade voraci

¶ Canillus.

Quero ſi libeat ſūmis dormiat ocellis

¶ Canillus.

Juppiter.ha paucū eſt ſinit hic torpeſcere muſa
Nō mea dulciloqua.ꝛ me me ſacra gloria vatum
Auigit.ingeniū vi.idi ſub tēpore noſtrum
Verba mee veneris accreſcūt turpia lingue
Poſtea quam funus detur nūc triſte ſepulcro
Preſenti popolo veterem dat ſola querelam
Clara per ingentes Giros dum ſidera lucent
Multa petūt ipſam .q3 hominū talaria querūt

Et venit hic veniūt.celebrāt cōuiuia bacchi

Quem natura necat labūtur gaudia ſepe

---

Quem Venus in leto vitiū renouabitur ore

---

Erigit ad ſuperos. forti clamore.beatos

Cum temulēta.manus.pulſat laſciuia pectus

Munere promittit ſtipulato pondus amoris

Quem ſemel a vita donis pſtrauit iniquis

---

Nunc damnoſa ſuo damnat primo ore meretrix

---

O pecus infelix.o beſtia.qualis amici

Quale genus mēte.qualis iam cernite queſo

Preterea dictum.ſequitur quid.turpia dicam

Signa pede apparent aſt vndiq₃ manet ſubacta

Sacra dei ſūmi cū pulla altaria veſte

Querit iterum mulier. donatq; incẽdia pauco

Vimine ſacratis criſti cum thure coloſſis

Maxima dardanea cumulant oracula voce

Saxum echo pulſat. celſa in teſtudine pulſat

Tanto magis turpi Venus eſt maculata loquela

Se ſimulat quãto ſe proximior fore ſũmo

Verbaq; ſigniferũ ꝑluſtrant ignea Sidus

Omne ſub ardẽti celum tacet. anxia puppis

Gaudet. in occaſu mũdus quo ad frigora mũdi

¶ Canill⁹. ¶ Coldruſius

Ore tamẽ ceſſa. lenteſcũt tartara flãmis

¶ Canillus.

Audio frementis Pegaſgi Helicona ſacrauit

¶ Caldruſius.

Cuncta gerūt ſanctam Martis maiorria pacem
¶ Canillus.

Deſine cur blattras ꝓſunt quid talia nobis

Et modo blandicie patulo ſub vimine ficta

Cuncta ſub incepto dicas muliebria verſu

Quid facit vlterius mulier quid fecit inanis
¶ Caldruſius

Me piget iach ſileo. quid ego aurea tp̄a perdo

Maxima conſtanti laſciue turpia voce

Et veneris dicam. non pigra ignauia vexat

Aurige cum mira Criſti dulcedine feſſa eſt

Olla ſuis larib' narrat ieiunia veneris

Rancida labra petūt porco aut boue iura trienni

Putrida pingueſcūt maledicte pabula furtim
Multa manus. canibus conatur rodere cūctis
Beſtia pendidulo micas perit ore minutas
Eſca cauernoſo veneris ſi perdita ſaxo eſt
Amplius aut humili non luxuriabit in aede
Terra. domus note campo dormitat ocellis
Atq; forum quando petijt vicinia coniūx
Coniugis ipſa domū tacite inſidiatur honeſte
Illico ſerpenti currūt veſtigia greſſu
Et ſecūda domus duro caret hoſpite forti
Vertice (quid memini) venerus hec armauit acuto
Naribus expreſſis et torua ipſa intrat aduncis
Nempe puer primus fugit alta cacumīa/tecti

Nigra perit lacrimis alius cellaria pallor
Detrahit antiqua fumoſi pinguia lardi
Extemplo offitio veloci nititur illa
Blanda pedis. pedibus tam maſcula vita refingit
Friuola falcicoli repetūt fantaſmata ſcorti
Piſcibus et grauidis. onerata hoc tēpore mater
Tarda meat tarde. pueri dant oſcula matri
Aiūt fallaci laruatam corde fuiſſe
Nec redit aſtutis infoelix vippera verbis
Sum ſpoliata viro populos decipit iniquo
Res ſummo capite noſtre eſt abſchondita ville
Cōſulem in vrbe gerit circūdem. fletibus auſis
Noxia ite in pune culpa obliuiniſcitur omnis

Ponderat irriguo malefactũ in pollice vultus
Spurca ſuis rediſt laribꝰ. ſua verba reliquie
Sola focum mũdat. q̄ ipm carbonibꝰ implet
Atq̄ ſtruem flãmat. dat flatum follibꝰ igni
Jactitat obſcenis riſuq̄ arceſſere caſum
Conatur. ſpolijs et viuũt poſtea phauſte

¶ Canillus

Dic precor id fauſte fauſte eſt. penuria regnat
Dic vbi non ita me nouit me Juppiter altus
Vxorem in quõdam duxiſſem porro tenellam
Cõiuge detinuit celeſtis nũcius illa ab
Sormonis meminit dixi quem tpe ſacri
Amplius huic donis ego reſpondebo lacertis

Diligit vlterius fructus tribuente ſalubres

Hic fat cor carus pater eſt mihi. corpore feſſus

(Et qui ſollicito ter ſunt in amore) genitrix

O noſtrum ingeniū q̄z o quātum diſplicet illis

Vita pudicitie quātum caſtiſſima noſtre

Callida deludet ſi mens ſpōſalia blanda

Exanguis patris ira meū ſub tempore pauco

Aggrauat ingeniū melius eſt. et pallida matris

Quam dolor in nullo puniret pectus amore

¶ Caldruſius.

Rideo cum lacrimis. vna ſurdaſter in aure es

Carmina que cecinit facili mea nimpha coturno

Dicta figuridicis tibi ſūt oblita nouellis
Sexipede inceſtam venerem ſacra vranea verſu
Deluſit.caſtam vitio dare Pol .ꝓcul abſit
Dulcis in aurato ſi aſtaret muſa furore
Et magis humane me optarent Palladis artes
De criſippeis ſi aliquid mihi muneris eſſet
Verbaqꝫ ſub tepido multum : miranda cerebro
Inciperem cantare meo iam carmine caſum
Heu mihi de venere caſus qui contigit vna
¶O qui mortales prima in lanugine creſcūt
Mollia barba quibus non hiſpida contegit ora
Spernite laſciuos mūdi et deducite mores
Noſtris exemplum digitis ab origine pandam

Tempore cū modico. iam elapſi quatuor anni
Viſa mihi mulier regali murice cincta
Auro cincta fuit. nitidis et tempora conchis
Veſtis honorato thyrio depicta. cerebri
Plana cutis pulcri fucato tecta colore
Hec placuit populo (quid dicam carmine) toto
Vſq̄ adeo in ipſa non turpe ſuperfuit vllum
Sic pede per plateas paſſim tranſiuit honeſto
Mille modis de illa obſtupuit gens plurima greſſus
Primus et exhibuit. decliuū chere ꝑfecto
Alter amans nullum/qȝ audebat dicere verbum
Amatum perſona petit iam tertia pectus

Mollia tendebāt clāculum veſtigia quartus
Illius irato patrauit pectore nomen
Sextus.more hominum clamauit ſeptimus ecce
Turba quedam ſūmi ſteterūt in vertice collis
Optauit pedibus pars alta cacumina feſſis
Vſſit centenis flammis me ceca libido
Nec iterum in fando repleuit corpus amore
Vſq adeo macrum tetigit vox arida guttur
O mens infelix.damnoſo in amore ſecuta eſt
Tunc cecinit noſtre.preceps audatia.lingue
Corpore regalis que illo perſona fuiſſet
Quare ego cum populo multūq incognitus illo

Obticni penitus ſteterat collexio vocum
Hac notta· ſollicitus rapidis pes paſſibus iuit
Optat plebeios homines et femina dixit
Vna ex regali mulier mihi cognita greſſu
Achate in factu matrix. et in ore petulce eſt
Ecce ſuis verbis alius puer ore reſultat
Iſta ex hidruſa eſt. roſtratis vecta carinnis
Inſter vulpis eram. ſimiliſ/qꝫ hoc tempore vulpi
Bellica cũ inceſto qui optat commertia gallo
Nec inter verba paphie ꝗ femina dulcis
Cardinis ⁊ tuguri pulſat vi pectore ferrum
Alta ſonoroſus clamauit ad ethera clamor

Pectore fallaci iam femina cognita nobis
Ipſa gerit vitam (liquet hic) ſub milite turpi
Miles et audaci multos expugnauerat enſe
Ingruit heu corpus tempus lacrimabile noſtrum
Omnis amor cecidit calido cum flaminis eſtu
Nempe ſuū offitiū haud potuit cum corpore callus
Sanguinis et gelide currunt ad tempora gutte
Sic ſtetit infirmis planta ad tris viribus horas
Nec mea briſeum letum mens ipſa cupiuit
Alma Ceres punit noſtrarum nec dea frugum
Quid feci ingemitu mea triſti molle grabatum
Mens optauit itemq; animum requieſcere feſſum

Nititur exemplo pectus dormiterat omne

Dulcia de heſternis/rxpetit mihi ſomnia Pluto

Et nudo viſam copulat ſub amore puellam

O quãtum placuit Veneris mihi tempus eburnum

Tota cutis quãtum. falſe cum circuit illa

Hec Venus a cerebroqꝫ ad talum corpus amabat

Somnia ſunt animi reor hec fantaſmata falſa

---

Quãdo ſtũt graniter noua ſignificare miniſtrans

---

Cum ſopor obſcenus me ꝛ nũc fantaſma reliquit

Verba ſono triſti. blando ſub ſcommate. dixi

O mea quid laceras. laceras quid pectus amica

Non venerare decet. vite ſpes inclita noſtre

Cur pcris incertos fallaci lambere vultus
Pallidus his dictis toto de corpore languor
Diſſipat. et ſtratas ſurrexi inponere veſtes
Cum ferro femura feci mea cingere ſtricto
Et fortuna dedit granidi/duo pondera plumbi
Pallida dulichīj cumulatqꝫ audatia nobis
Viribus ad pugnam totis impleuit auaris
Mars nos et viſam tumido cum corde puellam
Optaui. tacita que mecum in nocte iacebat
Quādo domū vidi (pulmo ſaltauit) agreſtem
Seua naturam ſuperatqꝫ libidine caſtam
Cecus amor magna tetigit formidine pectus

Oſtiolum.nemo eſt in longo tempore viſus
Viſa mihi tandem ſpatulis edentula claudis
Garrula ſollicito furibundum nouit amorem
Corde.tue vite reſidet ſpes aurea dixit
Nititur in pulcra iam murice blanda puella
Non habet imperiū.noſtro ſub tegmine caupo
Armata ambigui peciſt mauortia mūdi
Bellifer in ſpatio annorum redit ipſe duorum
Orgia Niſei celebramus dulcia leti
Hic copioſa Venus nocte hac coniūgitur vna
Indice tunc greſſus ſcalas direxit ad altas
Ceſpite ſiccato tepefactū atqꝫ hypocauſtum

Forte fuit modici coſtructum robore ligni

Voce vocat Veneriem clamor. vox heſit amore

Illa meis verbis aperit iam cognita nobis

Tibia cum inſolita ſtetit et vertigine noſtra

Quid morer hic. ſtrepitu indecenti ſcāna petebam

Meretrix dicit hos verſus. ¶ Leta dies rediit nature gloria dixit

Venit adoptatum lumen amoris apex

Dulcis adeſt ſomnus. video ſub regmine noſtro

Qui dedit heſterno. gaudia prima. thoro

Mollia virginee da baſia blanda puelle

Reice iam mentis. triſtia fata. tue

Da ipſe columbacim linguam cum pectore lingue

Iunge pedem mi ra cum pietate pedi
Erige ſtellatos oculos. ad ſidera coeli
Non licet hic triſtem ſollicitare metum
Noſtra ſoror rapuit me totam nuda libido
Et rapuit corpus/ Tyſbea flamma meū
Vidit amor iſtuis mea mens ꝛ nouit ocellis
Caſta tuū pectus ſigna pudoris habet
Corpus et heſterno cur non vox heſit amorem
Cum petiſt lumbos. haſta tenella: meos
Nempe voluptatis pondus me circuit omne
Hic flegetonteas cogor adire lacus
Caſta pudicitie caſtum lucretia nomen

Induit et forme.celica dona.tue

Flebilis et toruos oculos facit anxia lippos

Amplius haud ergo tempora rore madent

Inquio ridenti iam ſum pacatus amore

Maxima compegit noſtras letargia buccas

Porrige nūc vite.toto cum pectore.vitam

Et dixit vires copulat. Venus aurea.noſtras

Ventris ⁊ auratam iūgunt ſecreta puellam

O ego quid feci.mea quid demencia fecit

Hic iacui menſis.longo ſub tempore.toti

Et cruſtis natura fuit ſtipata vetuſtis

Ora peregrinum libabant arida fontem

Pendēt neruoſo miſere paleatea collo

Vidimus et curuas. ꝑ longa talaria. caſtas

Et fuit ignita vix deuaſtata libido

Maxima contemplor ſacris ignauia muſis

Diſplicuit. dē me nocte in ſurrexit opaca

Aurea ſubtili clamat vox gutture Clios

Heu fuge crudelem venerem fuge pectora dire

Fallax purpureo quid ſtas latet anguis in oſtro

De grege ſicut ouis. primus pes ceſpitat alter

Ve mea ꝑ centum labūtur pectora truncos

Naſus humū maculat tabo. et mea ſura cruore

Vlulat et ſcabro tunc hiſpida dente lyciſca

Me petit. et magnū mordet de pectore morſum

Mordax ipſa fugit iacui vt quia mortua pellis

¶ Canillus concludendo.

Ach ſatis eſt iam iam prauos. fac claudere. mores

Heſperus vmbroſo flagrans dat corn ua mūdo

Ignea iam Veneris multum eſt extincta libido

Cauſa ⁊ amititie vis pernocteſcere mecū

Mater item liquido pullum mea coxit Biaccho

TELOS

❡ Explicit dialog⁹ Henningi Caldriuſij contra impudicas foeminas cū fabulis diuerſis Calcographatum Brunonie p̱ Jo. annem dictum Dorn Anno ſa. lutis Milleſimo quingen teſimo vndecimo. feria ſexta poſt Ma thie Apoſtoli.



BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg